Albertus
in
Methecorum
Aristotelis

I
248

2ª 13-6-12

De la Biblioteca

n 248

2a

13 6 12

b14526967

I
00248

Dela Bibliotheca del Colegº mor Aluenca

EXPOSITIO MAGISTRI PE
tri de Aluernia ſuper quattuor li-
bris metheorum Ariſtotelis.

Incipit expoſitio magiſtri Petri de aluernia ſuper quatuor libris metheorum Ariſtotelis.

SIcut in rebus naturalibus nihil eſt perfectū dum eſt in potentia: ſed ſolū tunc ſimpliciter perfectum eſt quādo eſt in ultimo actu. quādo uero cum medio ſe habēs fuerit inter purā potētiā etpurū actū tūc eſt quidē ſcd'm aliqd perfectū nō tñ ſimpl'r. Sic & circa ſcienciā accidit: ſciencia aūt q̄ habeť de re tantū in uniuerſali nō eſt ſciēcia cōpleta que eſt ſcd'm ultimū actū nā aliqs ſcit aliqd in in uli & ſcit quidē aliqd in actu eorū q̄ ſūt in ꝓpria ratiōe eius. Alia uero neſcit in uniuerſali ſed ſolū in potentia: puta qui cognoſcit hominē ſolū ſcd'm ꝙ eſt aial. ſolū ſcit ſic partē diffinitionis hois in actu. ſ. genus eius. dīas aūt cōſtitutiuas ſpēi nō dū ſcit actu ſed potentia tātū. unde mediū eſt ꝙ cōplemētū ſcientie requirit ꝙ non ſiſtať in cōibus: ſed ꝙ ꝓcedať uſq; ad ſpēs. indiuidua enī nō cadūt ſub cōſideratiōe artꝭ nō enī eſt eorū intellectus ſed ſenſus. quia igit ariſtoteľ. in libro de gñatiōe determinauerat de trāſmutatōibus elemētorū in cōi: neceſſariū fuit ad cōplementū ſciēcie naťalis determinare de ſpēbus trāſmutationū q̄ accidūt circa elemēta: & de his determinat in hoc libro qui intituláť methorologicorū. Eſt igitur intentio eius in hoc libro determinare de trāſmutatiōibus q̄ accidūt circa clemēta ſm ſingl'as ſpes. Et ad manifeſtādū ſuā intētionē ꝑmittit ꝓhemiū In quo tria facit: primo enī enumerat ea de ꝙbus determinatū eſt in libris ſciētie naturalis ꝓcedētibus hūc librū. Secundo manifeſtat de ꝙbus in hoc libro ſit agēdū ibi. Reliq̄ aūt ps huius. Tertio oſtēdit de ꝙbus in cōſequētibus libris reſtat agēdū ibi. Pertrāſeūtes aūt de his. ꝓcedūt aūt hūc librū ſcd'm ordinē in ſciēcia naturali tres libri. ſ. liber phiſicorū. liber de celo & mūdo: & liber de gñatiōe. unde tria facit: primo oſtēdit de quo ſit actū in libro phiſicorū. In quo quidē q̄tū ad duos primos libros eius agit de cauſis nature. & hec tangit cōcludēs ex determinatōc ꝓceden cium librorum. cum dicit.

incipit liber metheororum in quo ꝓpō ꝓpō post naleꝫ consideraꝫ rationem transmutatoꝝ rerū simpl'r habituꝫ in ante habitis libris determinat ad ꝓpaleꝫ considerandoꝫ

EPrimis quidem igitur cauſis nature: & de omni motu naturali: adhuc aūt de ſecūdū ſupiorē lationē ꝑornatis aſtris & de elemētis corpalibꝰ quot & que: & de ea q̄ inuicē ꝓmutatiōe & de generatione & corruptiōe cōi dictū eſt priꝰ.

rerū generabiliū. ꝓpterea inquirat inquirat in ꝓfectoꝝ que cōi nōie appellantur in ꝓfectis methorologicis ꝙ libros ꝓximos agit de rationis effectuꝫ in ūbi talium inquirendis ꝙ cauſaꝫ ꝓpriaꝫ ſc. rerū ꝙ tractatus in quaſ ꝓ. exartant. huiusmodi rāe ſc. ꝙ habet capitula quoꝝ ꝓ. quod phemiale ꝑ. habet ꝓs ꝓximos in quaſ ꝓ. ordinatur que ſit ordo ut ex his chiaret ꝙ ſit ordinate

Vt intitulanť prime cauſe naťe: pria principia alia q̄ ſunt materia forma & priuatio: & etiā extrinſica gña cauſarū ſ. materia forma agens & finis. In tribus aūt libris ſequētibus phiſicorū agitur de motu in gñali. & hoc eſt qd' ſubdit. & de omni motu naťali. Scd's ſciētie naťalis eſt liber de celo. in eius prima pte. ſ. duobus primis libris agit de celo et ſtellis q̄ mouenť motu circulari Et q̄ntū ad hoc dicit. adhuc dictum eſt de aſtr| per. i. ualde ordinate diſpoſitū ſm ſupiorē la. i. ſm motū circl'arē quo mouenť oīa corpa. In ſcd'a aūt ꝑte eiuſ dē libri. i. capl'o. iii. iiii. determinat de numero elementorū & de motu locali ipōrū. & q̄ntū ad hoc dicit. & de elemētis corpalibus quot & q̄ ſint. dicit aūt elemēta corpalia: ad dīam primorū principiorū. ſ. materie & forme q̄ nō ſunt corpa ſed corpū elemēta ſeu principia ignis aūt & aqua & terra & corpora extrema ſūt: ſūt aliorū corporū elemēta. Tertius liber ſcientie naturalis eſt liber de gñone. in quo determinat de ꝓmutatiōe elemētorū in inuicē. in ſcd'o libro de gñatiōe & corruptione in cōi in primo libro: & hec tanget coñr cum dicit. & de ea q̄ inuicē. de inde cū dicit.

Reliqua aūt ps huiꝰ methodi eſt ad huc cōſiderāda: quoniā oēs priores metheorologiam uocabant.

Manifeſtat de quo ſit in hoc libro agēdum. Et circa hoc duo facit. primo ponit nomē cōſuetum huiuſmodi do-

ærine. Secũdo enumerat ea que in hac doctrina cõsideratur que uidetur in quatuor distinguere quedam enim sunt q̃ fiunt in loco supremo propinquo corpori celesti et hec primo tangit cum dicit. Hec autem sunt scilicet de quibus adhuc restat considerandum quecunq; accidunt quidem secundum naturam: sed nõ casualiter ut qdã putabãt inordinationẽ tñ in ea nata q̃ est primi elementi corporum idest corporis celestis ꝙ dicitur elementum quia est pars totius uniuersi cotporalis. licet non ueniat in compositionem corporis mixti sicut elementa. est autem natura nam se secundum quam hic accidunt in ordinationẽ natura celestis corporis. quia ea que sunt in celesti corpore semper simpliciter se habẽt: in huiusmodi aũt transmutationibus corporum inferiorum accidit multa uarietas: ꝓpter quã quidam crediderunt ꝙ hic non a natura sed a casu acciderunt: non considerantes ꝙ naturaliter fiunt: non solum que sunt semper sed etiam ea que sunt ut in pluribus que inquã aecidunt circa locum maxime propinquum lationi astrorum id est astris circlariter motis. Et hec ponit ad differentiam subsequẽtium: & exemplificat dicens puta de lacte id est de obulo lacte ꝙ dicitur galaxia & stellis que comete dicũtur & fantasmatibus id est apparitionibus ignitis & motis que dicuntur stelle cadentes. Secundo cum dicit.

Hec autem sunt quecunq; accidunt secundum naturam quidem inordinatiorem: tamen ea que primi elementi corporum circa locum maxime propinquum lationi astrorum de lacte & cometis & ignitis & motis fanthasmatibus.

Enumerat ea de quibus in hac doctrina cõsideratur que uidetur in quatuor distinguere quedam enim sunt q̃ fiunt in loco supremo propinquo corpori celesti et hec primo tangit cum dicit. Hec autem sunt scilicet de quibus adhuc restat considerandum quecunq; accidunt quidem secundum naturam: sed nõ casualiter ut qdã putabãt inordinationẽ tñ in ea nata q̃ est primi elementi corporum idest corporis celestis ꝙ dicitur elementum quia est pars totius uniuersi cotporalis. licet non ueniat in compositionem corporis mixti sicut elementa. est autem natura nam se secundum quam hic accidunt in ordinationẽ natura celestis corporis. quia ea que sunt in celesti corpore semper simpliciter se habẽt: in huiusmodi aũt transmutationibus corporum inferiorum accidit multa uarietas: ꝓpter quã quidam crediderunt ꝙ hic non a natura sed a casu acciderunt: non considerantes ꝙ naturaliter fiunt: non solum que sunt semper sed etiam ea que sunt

Et quecunque ponemus utique aeris esse cõmunes passiones & aque

Enumerat ea que sub predictis fiũt scilicet quecunq; ponuntur esse passiones cõmunes aeris & aque quia ex materia aquea in loco aeris generãtur uaporibus in aquam transmutatis.

Tercio cum dicit.

Adhuc autem terræ quecunque partes & species & passiones partiũ ex quibus & de spiritibus & terremotibus cõsiderabimus omnes causas: & de omnibus que fiunt secundum motus horum: in quibus hoc quidem dubitamus: hec autem attingimus aliquo modo.

Enumerat ea que in infimo dicit dicens. adhuc autem dicere quecunq; sũt partes terre. puta oriens occidens septẽtrio meridies. spẽs puta ꝙ quedã terra est concaua & antrosa: & quedam firma & calcata. & passiones partium terre: puta ꝙ quedam est sulfurea: quedã lapidosa uel aliquo modo dissoluta. ex quibus terre quondam rationibus: considerabimus omnes causas spericarum uentis. quorum differentia attenditur secundum diuersitatẽ terre. sed de terremotibus quorũ & cause assignantur ex diuersa specie terre: & de omnibus que fiunt secundũ motus horum id est uentorum & terremotuum: in quibus non omnia perfecte & secundum certitudinem tradere possumus. sed quedam sub dubitatione relinquimus ad utranque partem rationem inducentis & quibus non attingit aliquo modo ueritatem. Quarto ibi.

Ad huc autẽ de fulminũ casu & tifonibus & incensionibus & aliis circulationibus quecunq; propter coagulationem accidunt passiones ipsorũ corporum.

Enumerat ea que ab alto in infimũ descendunt ex uentis causata. d. adhuc autẽ dicemus de casu fulminũ & tifonibus que incidunt & dicuntur stiphi. & incensionibus que circa huiusmodi tifones accidunt & aliis circulationibus quecũq; propter coagulationes accidunt passiones ipsorum corporũ scilicet elementorũ. dicit aũt hic quia tiphones ex materia compacta generant cum quadã rectamine inducere. & multa alia similia accidunt tiphonibus ex materia coagulatione cõpacta cum quadam circulatione uel potest hec referri ad iridem & alonem. i. circulum continentẽ solem & lunam & stellas que accidunt ex reuerberatiõe radiorũ ad aliquã materiam spissam.

Pertrãseuntes autẽ his de his speculabimus: si quid possumus secundum inductum assignare de animalibus & plãtis uniuersaliter & sigillatim. fere enim his dictis finis utique factus erit omis eius que a principio nobis electionis.

Ostendit quid restat agẽdũ in libris sub sequẽtibus & dicit. ꝙ postquã pertransiuerimus de his q̃ dicta sunt. tũc speculabimur ꝙ nrm posse modo inducto in libris precedẽtibus scilicet non recipiendo terra: sed causas inquirendo de animalibus & plantis & in uniuersali & secundum singulas species. & post res fere esse finis scientie natã quã a principio elegimus tradere. dicit aũt fere quia non omia naturalia abhomine cognosci possunt.

Sic igitur incipientes dicamus de ipsis primo. Quoniam enim determinatum est prius anobis unũ quidem principiũ corpoꝝ: ex quibus constat circulariter latorũ corporum naturalia aũt quattuor corpora propter quattuor principia quorum duplicem esse dicimus motũ hunc quidem a medio hunc autẽ ad mediũ. Quatuor aũt existentibus his igne & aere & aqua & terra omnibus quidem his super his superemines esse ignẽ: subst̃as aũt terrã. Duo autẽ que ad ipsa his proportionabiliter se habẽt aer quidem enim igni propinqnior aliis aqua autem terre. Qui itaq; circa terram totã mundus ex his constat corporibus. De quo accidentẽ passiones dicimus esse sumendum.

Completo prohemio in quo phus suam intentionem manifestauit. incipit procedere ad suũ propositũ prosequendum. & diuiditur in partes duas. in prima resumit ea que sũt necessaria ad cognoscendũ principia transmutationũ de quibus in hoc tractaturus est. in secunda incipit de eis tractare. ibi. resumentes igitur eas q̃. circa primũ duo facit primo enumerat principia transmutationũ & dñam eorum adinuicẽ. Secundo ostendit quõ se habent ad inuicem in causando. ibi. est aũt ex necessitate. dicit ergo primo ꝙ prius determinatũ est tam in libro de celo quã in libro de generatione ꝙ inter alia principia corporalia que sunt principia aliorũ corporũ: unũ est principiũ illorum corporum ex quibus constituitur natura corporum circulariter motorum. s. sperarũ et stellarũ. hoc aũt principium dicit ipsam quintã essentiã ex qua omnia huiusmodi formant. alia uero principia corporalia inferiorũ corporũ sũt quattuor ꝓpter quattuor qualitates primas tangibiles que sunt principia agẽdi & patiendi scilicet calidum frigidũ humidum & siccum: quarum sunt tantum quattuor possibiles cõbinationes. nam calidus & siccus est ignis. calidus & humidus est aer. frigida & humida aqua frigida & sicca terra preter calidũ & frigidũ humidũ & siccũ aliquid esse

Universidad de Salamanca. BGH

impossibile est. horū aūt quattuor corporum sunt duo motus. unus quidem a medio mūdi sursum qui est motus leuium. scilicet ignis & aeris. alius autē motus est ad medium qui est motus grauium scilicet terre & aque. & sic est triplex motus corporum scilicet ad medium qui est grauium. & a medio qui est leuium. & circa medium qui est corporum celestium que nec sūt grauia nec leuia. leuium aūt & grauium est quedā differentia: nam aliquid est leue simpliciter scilicet ignis qui supeminet omībus. aliquid aūt est graue simpliciter scilicet terra que subsidet omībus. alia uero duo sunt secūdum quid grauia & leuia. nam aer est leuis respectu aque & terre. grauis uero respectu ignis. aqua uero est leuis respectu tre: grauis aūt respectu aeris & ignis. & ideo hec duo ad alia duo extrema proportionabiliter se habent ut scilicet sicut aer est ppinquior igni ita aqua ē ppingor terre sicut igitur patet ꝙ iste mundus qui est circa terram cōstat ex quattuor corporibus. & huiusmodi mundi oportet nos in hoc libro passiones considerare que sunt transmutationes uarie in elementis inuento.

Deinde cum dicit.

Est autem ex necessitate continuus iste superioribus lationibus: ut omnis ipsius uirtus gubernetur inde. Vnde enim motus principium omnibus illam causam putandum primam:

Ostendit quomodo principia predicta se habeant adinuicem in causando & dicit ꝙ necessarium est quod iste mūdus inferior ex quattuor consistit elementis sit cōtinuus superioribus lationibus idest corporibus circulariter motis: continuum autem accipit hic pro contiguo ut scilicet nihil sit medium inter ea cuius quidem necessitatis ratio ē. nō solum quia impossibile est locum uacuum esse. unde corpora oportet corporibus contiguari. sed etiā propter finē ut scilicet tota uirtus inferioris mundi gubernetur corporibus superioribus. ꝙ non essent nisi se tangerent. oportet enim ꝙ agens corporale tangat passum et motum abipso. ꝙ aūt inferior mundus regatur a superioribus corpibus & moueatur: probat duabus rationibus quarum prima talis est causa mouens unde. s. est principium motus necesse ꝙ sit prima causa. et hic intelligitur per comparationē ad causam formalem & materialem. nam materia patitur ab agente. agens autē naturaliter est prius patiente: forma etiā est effectus mouentis qui educit materiam de potentia in actum: sed finis est prior agente quia mouet agentem non tamen semper est prior in esse. sed solū intentione. medium est autem corpus celeste inter naturalia esse primam causam quia eius incorruptibilitas & nobilitas demōstrat. oportet igitur ꝙ corpus celeste respectu horum inferiorū unde et principium motus.

Secundam rationem ponit ibi.

Ad huc autem hic quidem perpetuus & finem motus non habens loco sed semper in fine. Hec autē corpora omnia finitis distāt locis ab inuicem. Quare accidentium circa ipsum ignem quidem et terram & syngenea his ut in materie specie. eorū que fiunt causas oportet putare: subiectum enim et patiens apellamus hoc modo. Quod autem sit causa ut unum motus principium eam que semper motorum causaudū uirtutē.

Que talis est. motus celestis corporis est perpetuus: et hoc apparet ex ipa dispositione loci. nam in linea recta ē accipere finem in actu. & ideo dicit ꝙ motus circularis non habet finem secundum locum. et ne aliquis crederet ꝙpter hoc ꝙ motus circularis esset imperfectus sicut motus rectus. antequā

perueniat ad finem subiungit ꝙ motus circularis semper est in fine. quodlibet enim signum datū in circulo est principium et finis. & ita motus circularis in qualibet parte ita est perfectus sicut motus rectus quando est in sui fine. sic igitur apparet ex ipsa dispositione loci ꝙ motui celesti competi perpetuitas. Motus autem inferiorum corporum non possunt esse perpetui. quia inferiora corpora mouentur motibus rectis. motus autem rectus non durat unus continuus scdm mēsuram magnitudinis recte per quam transit. motus enim reflexus non est continuus ut in octauo phisicorum probatum est. Vnde cum oia corpa inferiora distēt finitis locis ab inuicem: & nullum eorum sit infinitum ut probatum est in tertio phisicorum et in primo de celo. necesse est ꝙ motus eorum sint finiti & nō perpetui. illud autem quod est perpetuum et semper conuenienter est motiuum eorum que non sunt semper. unde elementa inferiora scilicet ignem & terram & alia syngenea his idest congenerabilia eis. scilicet aerem et aquam & que ex eis componuntur: oportet putare causas accidentium circa ipsum mūdum inferiorem. ut in specie materie idest per modum cause materialis quia hoc modo appellamus ꝙ subiectum & patiens sed quod est causa dictorum ut unum principium motus id est per modum cause mouentis est causandum id est existimandum essentie causam eam uirtutem que semper motorum id est corporum celestium que semper mouētur sicut agens ad patiens.

Sequitur terctium capitulum.

Esumentes igitur eas q̄ a principio positiones & determinatas prius determinationes dicamus & de lactis fantasia: & de cometis & aliis quecunq; existunt his syngenea entia.

Stenso que sūt principia & que materialia passionum de quibus intendit tractare. incipit nunc tractare de eis. Et diuiditur in partes duas. in prima determinat de particularibus transmutationibus elementorum quibus secūdum se transmutantur. In secunda parte determinat de transmutationibus eorum secundum ꝙ ueniunt in compositionem mixti in quarto libro ibi. Quoniam autem secundum datum duo. & cetera. Prima autē pars diuiditur in duas. in prima enim determinat de transmutationibus siue passionibus elementorum que in alto accidunt. In secunda de his que accidunt in infimo. Et hoc in secundo libro ibi De marri autē & que natura ipsius & propter quam causam est salsa tanta aque multitudo: ad huc autem. & cetera. prima autem pars diuiditur in tres. in prima dicit de quo est intentio. In secunda quedam premittit que sunt necessaria ad subsequentium determinationem. ibi. Dicimus itaq; ignem & aerem & aquam & terram fieri ex inuicem. & cetera. In tertia incipit determinare de principali proposito. ibi. his autem determinatis. dicit ergo primo dicendum est de phanthasia lactis id est de apparitione lactei circuli: & de cometis. Et de aliis omnibus que sunt his syngenea id est generatiua ita tamen ꝙ resumamus positiones a nobis positas in prioribus libris & determinationes in eis prius determinatas utamur ad propositum manifestandum cū opus fuerit.

Deinde cum dicit.

Dicimus itaq; ignem & aerem & aquam et terram fieri exinuicem: & unumquodq; horum in unoquoq; existere potentia: sicut & aliorum quibus unum aliquid & idem subicitur: in quod etiam resoluuntur ultimum.

Universidad de Salamanca. BGH

Premittit quedam que ſunt neceſſaria ad ſubſequētia. et circa hoc duo facit: primo premittit aliquid quod pertinet ad tranſmutationem elementorū adinuicem. ſecundo de ordinatione eorum in mundo et ſpecialiter de aere. ibi primo quidem dubitabit. &c̄. Dicit ergo primo ꝙ ignis & aer & aqua & terra fiunt exinuicem: quamuis empedocles contrarium ſenſerit. et hic reſumit ut probatum eſt in ſecundo de generatione. & huius rationē aſſignat qa unumquodq; elementorū eſt in alio in potentia. & que ſic ſe habent ad inuicē generari poſſunt. ulterius huius rationem aſſignat quia cōicant in una materia prima que eis debetur et in q̄ntū ſi cut ultimum reſoluuntur. omnia enim quorum materia eſt una cōmūis ſic ſe habent ꝙ unum eorum eſt in potentia in alio. ſic cultellus eſt potētia in clauī: & clauis in cultello quia utriuſq; materia cōmunis eſt ferrum.

De inde cum dicit.

Primo quidem igitur dubitabit utiq; quis circa uocatum aerem: quoniam oportet accipere ipſius naturā in mūdo ambientem terram: & quo modo ſe habet ordine ad alia dicta elementa corporum.

Determinat de ordine elementorū et precipue aeris. et circa hec tria facit primo mouet queſtionē et dicit ꝙ primo dubitatur circa corpus: corpus qđ uocatur aer quā naturam habet in mūdo qui ambit terrā utrum ſcilicet totū ſit aer. & ſi nō quomodo ordinetur ad alia elementa. Secundo ibi.

Moles quidē enī utiq; terre quāta quedā utiq; ſit ad ambientes magnitudines non inmanifeſtū. lā enī uiſum eſt per aſtrologica theoremata a nobis: ꝙ multo etiā quibuſdam aſtris minor eſt.

Ponit quedā circa ordinē elemētotum manifeſta quorū primū eſt de terra. ſ. ꝙ nō eſt imanifeſtum quāta ſit moles terre p cōpationē ad magnitudines ambiētes. ſ. celeſtiū corpū & aliorū elemetorū. lā enī appuit p conſideratiōes aſtrologicas ꝙ terra ē mlto minor quibuſdā aſtr̄ſ. & ꝙ in cōpatiōe ad ultimū ſperā optinet uicē pūcti. Secūdo proponit de aqua.

Aque.n. naťā cōſtantē & ſepatā neq; uidem⁹: neq; cōtingit ſegregatā eſſe ab eo ꝙ circa terrā locato corpe puta a manifeſtis mari & fluminib⁹: & utiq; ſi qd in pfundū īmāifeſtū noƀ ē

Et dicit ꝙ nō uidemus aquā p ſe conſtātē & ſepatā a corpe locato circa terrā. ſ. a mari & fluminibus q̄ ſūt manifeſta noƀ & cōgregatōibus aq̄rū ſi que ſūt in pfūdo terre manifeſte noƀ qdā poſuerūt nec etiā cōtingit aquā ſic cōgregatā ſeo ꝙ hūidū aqueū nō termiat niſi termio alieno. Iterum ibi.

Intermediū itaq; terre & ultimorū aſtrorū; utrū unū aliqđ putandū ſm naturā eē corp⁹ aut pťa: & ſi pťa quāta: & uſq̄quo deteriata ſūt locis.

Hic pſeq̄ť q̄ſtionē ſuā iā motā. q̄rit id qđ eſt mēbrū. Et circa hoc duo facit. primo. n. oñit ꝙ nō totū ſpaciū qđ ē a ſupmis ſtellis uſq; ad terrā eſt plenū alio corpe. ſ. igneus aere aut utroq; ſed ſupra hoc eſt aliqđ corpus preter iſta. Scđo oſtēdit quō ad illđ ſupmū corpus alia corpa ſm poſitionē ordinēť ibi. reliquū aūt. Circa primū ſic pcedit. primo dicit ꝙ dubiū eſt utrū inter terrā & inter aſtra ultima q̄ dicunť nō errātia ſed fixa ſit putandū eſſe unū corpus ſecundū pprietatē nature nihil pťa: & ſi pťa quot ſūt & ubi teriunť ſm locū.

Secundo ibi.

Nobis quidē igiť dictū eſt prius de primo elemēto q̄le ſm uirtutē eſt & qa tot⁹ qui circa ſupiores latiōes mūd⁹: illo corpe plen⁹ ē: & hāc opinionē nō ſolū nos exiſtiam⁹ hñtes: uideť aūt antiq̄ q̄dā exiſtimatio iſpa & priorū hominū. Dict⁹. n. ether antiquā accepit appellationē: quā Anaxagoras qdē igni idē putaſſe mihi uideť ſignificare ſupiora plena igne eē & ille eā que ibi potētiā ethera uocari putauit; hoc qdē recte putās. Qđ

.n. ſēp corp⁹ currēs ſiť & diuinū aliqd ſm naturā uiſi ſunt exiſtimare: & deteriauerūt noſari ethera: ꝙ tale tāquā nlťi eo; q̄ apd nos exñs idē. Nō .n. utiq; dicem⁹ ſemel neq; bis neq; raro eaſdē opiniōes reiterare factas in hoibus ſed infinities.

Reſumit qđdā in li. de ce. deteriatū. qđ ē q̄le ſm uirtutē eťm pmū. ſ. celeſtc corpus: & ꝙ tot⁹ ille mūdus qui eſt circa ſupiores latiores. i. q mouet motu circťari ē plenus illo corpe oia. n. corpa celeſtia ad naturā illius primi elemēti ptinēt dicit. & qa phi põebāt cōtrariū ne ſua opinio noua uideret ſubūgit ꝙ hāc opinionē nō ſolū ipe habuit: ſed fuit etiā antiq̄ opinio primorū hoim: illud eī corpus ꝙ dť ether qđ nos celū dicimus antiq̄ hēt appellationē: ſed Anax. hāc noſationē uideť putaſſe ꝙ ſignificaret idem ꝙ ignis. accepit enī ꝙ ether diceret nō ppter ſp currere. i. cōtinue moueri. ſed ab etherin ꝙ eſt ardere qa ſupiora corpa credidit eſſe plena igne. & q̄is in hoc male diceret ut improbať: tamē hec recte putauit ꝙ nihil etheris cōueniret cuidā potētie corpali q̄ eſt ibi p̄ter iſta corpa. oēs enī antiq uiſi ſūt opinari. & determiauerūt illud corpus noſari ether ꝙ ſemp currit id ē mouet: & ꝙ eſt qđdā diuinū. i. ppetuū ſm ſuā naturā: tāquā illud corpus nlťi corpū q̄ ſūt apud nos fit idē. nec eſt mirū: ſi hāc opinionē quā nos uidebamur de nouo aſſūpſiſſe & antiqui habuerūt quia nos dicimus ꝙ eedē opiniōes ſunt recitate in hoibus poſtq̄ deſierūt p neglientiā ſtudii. nō tantū bis uel ter ſed infinities. hoc enī dicit ſcdm ſuā opinionē qua putauit mundū & generationē hominū fuiſſe ab eterno: ut appet in prioribus libris. hoc enī ſuppoſito mediū fit q̄ſdā artes & opiniones a quibuſdā certis tpibus incepiſſe. & oportet dicere ꝙ multotiēs uť magis infinitiē ſūt deſtructe propter bella uel alias corruptiones & iterū reinuente:

Tertie ibi.

Quicūq; aūt ignē purū eſſe ayūt ꝙ ambiēs & nō ſolū lata corpora. qđ aūt intermediū terre & eſtrorū aeré cōſiderātes utiq; nūc oſtenſa per mathematica ſufficienter forte utiq; de ſiſterēt ab hac puerili opiniōe ualde enī ſimplex putare unūqđq; latorū eſſe paruū magnitudinibus qa uidetur aſpiciētibus hinc nobis ſic. Dictū eſt quidē igiť & prius in his que circa ſuperiorē locū theorematibus Dicem⁹ aūt eādē rationē & nūc. Si enī & diſtātie plene igne & corpa cōſtant ex igne: ad nihilatū utiq; eſſet unumqđq; aliorum elementorū.

Oſtēdit ꝙ nō eſt unū horū inferiorū corpus ꝙ ſuperius circulariter mouet & circa hoc tria facit. prio oſtēdit hoc q̄tū ad igné. ſecundo q̄ntū ad aerē ibi. at uero nec aer. Tertio quantū ad utrū que. ibi. et etiā ſi duobus. circa primū ſciendū eſt ꝙ aliqui putauerūt ſolū corpora celeſtia delata ſcilicet ſolē & lunā & ſtellas eſſe nature ignee. qđ uero eſt inter eas eſſe nature aeree. quidā uero poſuerūt totum eſſe nature ignee ſicuti anaxa. dixit. dicit ergo ꝙ quicūq; poſuerunt nō ſolū corpora delata ignem purū ſed totum ambiens ſcilicet omēs ſperas. & id quod eſt intermediū terre & aſtrorum eſt aer ſicut a terra uſq; ad orbem lune. & qđ eſt deſup totū ignis qui inquā ſic debēt ſi cōſiderarēt ea q̄ nūc ſunt ſufficiēter oſtenſa per mathematicas de magnitudinibus corporum forte deſiſterent a puerili opinione ualde enī ſimplicis hominis eſt & ineruditi putare ſtellas eſſe paruas magnitudinibus q̄ uidenť pue nobis tā a remotis aſpiciētibus. dictū eſt de his inferiorbus theorematibus. ſ. in ſecūdo de celo ſed etiā nūc eadē ratione dicemus ad deſtructionē predicte poſitionis. cū. n. corpa aſtrorū & ſparū q̄ī imꝓportionabiľ excedāt q̄ntitatē ťre & eorū q̄ ſūt circa ťrā: ſi nō ſolū corpa ſtellarū conſtarēt exigne ſed etiā diſtātie q̄ ſť inter eas eſſēt plene igne iā olim adnihilatū eēt unūqđq; aliorū eťorū ꝓpter exceſſū ignis ſup ea. Deinde cū dicit.

At uero neq; aere ſolo plena: multū n. utiq; excederet eq̄litatē cōis analogie ad coelementaria corpora.

Universidad de Salamanca. BGH

Oſtendit idem eſſe de aere ſquantum ad aerem dicens. ꝙ non eſt poſſibile ꝙ ille diſtantie ſint plene aere. multum eſt enim ꝙ ad huc quantitas aeris multum excederet equalitatem analogie id eſt proportionis que debet eſſe comunis inter elementa ad hoc ꝙ elementa conſeruentur.

Deinde cum dicit.

Et etiam ſi duobus elementis plenus qui intermedium terre & celi locus eſt. Nulla enim ut eſt dicere ps terre eſt moles: in qua contenta eſt: & omnis aque multitudo ad ambientem magnitudinem. Videmus autē non in tanta magnitudine factum exceſſum molium: cum ex aqua diſgregata aer fiat: aut ignis ex aere. Neceſſe autem eandem rationem habere quantam habet tantilla & parua ad factum eſſe aerem: iſpa & totum ad totam aquam.

Oſtendit idem quantum ad utrumꝙ Et circa hoc duo facit. Primo ponit rationem. Secundo excludit quandam cauillationem. ibi. Differt autem nihil neꝙ ſi quis dicat quidem non fieri &c̄.

Dicit ergo primo ꝙ etiam proportio debita elementorum non ſeruatur. ſi totus locus qui eſt medius inter terrā & ſupremum celum eſt plenus duobus elemētis ſcilicet igne & aere quia molles terre in qua continetur etiam omnis aque multitudo quia nulla pars eſt habens proportionem ad totam magnitudinem ambientium eorporum cum ad ſolam ultimam ſperam optinet uicem puncti ſecundum aſtronomos. Videmus autem ꝙ cum ex aqua per diſgregationem ſiue ratefactionē fit aer. aut ex aere ignis non eſt cauſatus immenſus excelſus quantitatis. oportet autem ad huc ꝙ conſeruentur debita proportio in elementis ꝙ eandem rationem id eſt proportionem habeat. hec parua aqua ad aerem factum ex ipſa. & tota aqua ad totum aerem. ut uidelicet quantum excedit quantitas aeris quantitatem aque ex qua fit tantum excedat in mundo quantitas totius aeris quantitatem tocius aque.

Deinde cum dicit.

Differt autem nihil: neꝙ ſi quis dicat quidem non fieri hec ex inuicem equalia: tamen uirtute eſſe. Secundum hunc enim modum neceſſe equalitatem uirtutis exiſtere magnitudinibus ipſorum: quemadmodum utiꝙ ſi facta ad inuicem exiſterent. Quod quidem igitur neꝙ aer ignis tantum repleuit inter mediuꝫ locum manifeſtum eſt.

Excludit quandam cauillationem dicens ꝙ nihil differt ad propoſitum. ſi quis dicat ſecundum opinionem empedoclis. ꝙ elementa non generantur ex inuicem. oportet enim ſecundum eius opinionem elementa eſſentialia proportione uirtutis. unde ſic oportet ꝙ conſeruetur eſſentiabilitas proportionabilitate uirtutis in magnitudinibus elementorum ſi non generantur ex inuicem. ſicut ſi adinuicem genrarentur: ultimo autem colligit ꝙ dictum excludens ex dictis medium eſſe: ꝙ nec aer tantum replet medium locum qui eſt inter terram: & ſupremas ſtellas: nec ignis ſed preter hec duo elementa oportet ſupra eſſe corpus celeſte ꝙ nullum inferiorum eſtelementorum.

Sequit quartū capitulū

RElíquum autem perſcrutantes dicere quomodo ordinata ſunt duo ad primi corporis poſitionem Dicoautem aeremꝙ & ignē.

DOſtquā Philoſophus oſtēdit ignem & aerem non eſſe corpus celeſte ꝙ uocatur primum elementum: ſiue primum corpus. nūc intendit oſtēdere quomodo ignis & aer ſe habeant ad illud primum corpus. Et circa hec duo facit. primo mouet hanc queſtionem & duas alias neceſſarias ad propoſitū. Secundo ſoluit eas ibi. Nos autem dicamus. prima diuidit in tres ſecūdū tres q̄ſtiones q̄s mouet. ſecūda incipit ibi. ppter quā cauſā. tertia ibi. de aere er. dicit ergo. primo ꝙ poſt predicta relingt pſcrutar de ordine aeris & ignis ad primum corpus ſcilicet celeſte ex quo oſtenſum eſt ipſum eſſe aliquid preter iſta.

Deinde cum dicit.

Propter quam cauſam caliditas a ſuperioribus aſtris fit his que circa treram locis.

Mouet ſecundam queſtionem ſcilicet propter quam cauſam a ſuperioribus ſtellis cauſetur caliditas in his locis qui ſunt circa terram. Et hec etiam queſtio habet ortum ex premiſſis. uidetur enim ſecundum naturam eſſe ꝙ ſimile generet ſuum ſimile. Si igitur corpus celeſte nō eſt calidum quia nec eſt ignis nec eſt aer ut ſupra habitum eſt. remanet nunc in dubio quomodo a corpore celeſti poſſet cauſari calor in iſtis inferiribus.

Deiude cum dicit.

De aere igitur dicentes primo ſicut ſuppoſuimus: dicamus ſic & de his iterum. Si itaque fit aqua ex aere & aer ex aqua: propter quam quidē cauſam non conſtant nubes ſecundū ſuperiorem locum. Conueniebat. n. magis quanto remotior a terra locꝰ et frigidior: qa neꝙ ſic prope aſtra calida exiſtentia eſt neꝙ prope radios a terra refractos qui prohibēt prope terram conſtare diſgregantes caliditate conſiſtentias. Fiunt enim nubium congregationes ubi deſinunt iam radii propter ſpergi in immenſum. Aut igitur non ex omni aere nata eſt aqua fieri: aut ſi ſimiliter ex omni qui circa terram non ſolum aer eſt: ſed uelud uapor: propter qđ iterum conſtat in aquam. At uero ſi tantus exiſtens aer omnis uapor eſt. uidebitur itaque multum excedere que aeris natura: & que aque: ſiquidem ſuperiores diſtantie plene ſunt corpore aliquo: & igne quidem impoſſibile: quia exſiccarentur utique alia omnia: relinquitur autem aere & quod circa terram totam aqua: uapor enim aque diſgregatio eſt: de his quidem igitur dubitatun ſit hoc modo.

Mouet tertiam dubitationē que etiam ex premiſſis dependet. dixerat enim prius ꝙ oportebit conſiderare quomodo ſit accipienda natura aeris in uniuerſo. Et hec ideo quia multa eorum de quibus determinaturus eſt generationem habent in aere: dicit ergo: ꝙ ſicut ſupra ſuppoſuimus oportet primo aliquid dicere de aere. & ſic erit dicendum de aliis duabus queſtionibus motis. Vnde ſtatim incipit mouere dubitationem ad naturam aeris pertinentem. Oſtenſum eſt enim in libro de generatione ꝙ aqua fit ex aere. et econuerſo. Cum autem ex condenſationibus nubium generatur pluuia: hoc eſt aerem conuerti in aquam. Querit ergo ſi aqua fit ex aere: & aer ex aqua quare in ſuperori parte aeris non inſpiſſent nubes ad gñationē aque. & inducit rōem ad hoc oſtēdendum ꝙ hoc fieri deberet. multū eſt enim ꝙ condenſatio nubiū fit ex frigiditate. nā ſic

Universidad de Salamanca. BGH

calidi eſt calefacere: ita frigidi inſpiſſare. locus autem aer⁊ qui eſt remotior a terra uidetur eſſe frigidior quia uidē tur ibi ceſſare due cauſe calefactionis, quarum una eſt propinqtas ad aſtra ex quibus cauſatur calor: & hec tangit cū dicit. quia neq; ille locus aer⁊ ſupior ſit ppe aſtra extrema calida ſcdm effectū. ut caliditas aſtrorū poſſet ipedire iſpiſſationem nubiū. alia cauſa calefactionis eſt reuerberatio radiorū ſolis a terra. & hec tangit cum dicit. neq; iterū. ille locus ſuperioris aeris eſt prope radios reſtrictos ideſt reuerberatos a terra qui prohibent cōgregari nubes prope terram per hec q; ſua caliditate diſgregant cōſiſtentias uaporū. & q; hec ſecunda cauſa non impediat congregationem manifeſtat per ſignū quia uidelicet congregationes nubiū manifeſtius fiunt ibi ubi radii repercuſſi a terra iam deſinunt habere uirtutē calefaciēdi propter hec q; in immenſū ſpargūtur. & ſic multū diſtant a radiis cadentibus. unde nō multiplicaſ cauſa caloris. Ad huius aūt intelligētiā ſciendū eſt q; radii procedentes a ſole ad terrā ſunt cauſa caliditatis. cum autem radius a ſole in terrā cadens repercutitur: fit iterum alius radius a terra quaſi reſurſū tendēs quāto ergo duo radii fuerint magis ſibi inuicē propinqui tanto plus de calore cauſatur qa uirtus utriuſq; radii ſcilicet cadentis & reflexi pingit ad eandē partem aeris. & inde ē q; ubi radius ſolis cadens ſuper terram facit angulū rectū ibi eſt maximus calor q; reflexio fit in eandē. q̄nto uero in aliquo fecerit angulū radius cadens mayorem recto tanto eſt minus de calore quia cū repercuſſio fiat ſecundū pares angulos radius repercuſſus propter amplitudinem anguli multum diſtat a radio primo cadente. manifeſtum eſt autem q; quanto due linee continentes angulum magis procedunt: tanto magis diſtant abinuicem. unde quāto magis receditur a terra ubi fit reuerberatio tanto predicti duo radii magis diſtant ab inuicem & eſt minor calor. & ideo propter immenſam ſeparationem predictorum radiorum abinuicem in loco ſuperiori. definit calor & condenſantur ibi nubes propter frigus. et hoc eſt quod dicit nubium congregationes fiunt ubi definunt iam radii propter ſpargi immenſum. ſi igitur utraq; cauſa que poſſet impedire cōgregationem nubium in ſuperiori parte aeris ceſſat ut dictum eſt. Et cum ibi non condenſantur nubes oportet dicere q; aqua nō fit nata fieri ex omni aere aut ſi ſimiliter ſe habet omnis aer ad hoc q; generetur aqua ex eo oportet q; iſte aer qui eſt circa terram nō ſolum ſit aer ſed ſit uapor: et ex hac cauſa congregetur ad generationem aque. ſuperior autem qui eſt purus aer non poſſet condenſari in aquam: ſed hoc non poteſt eſſe qa ſi totus iſte aer qui eſt circa terrā cum ſit tā magnus ſit uapor. uideſ ſequi q; naſa aeris et aque multū excedant alia elementa quia ſuperiores diſtantie que ſunt inter ſtellas ſunt plene aliquo corpore cum nihil ſit uacuum ut in quarto phiſicorum probatum eſt. impoſſibile eſt autem q; ſint plene igne: quia ſic omnia alia exſiccarentur ut ſupra probatum eſt. relinqueretur q; ſint plene aere. & id quod eſt circa terram ſit plenum aqua. ſi hic aer eſt uapor quia uapor eſt quedan diſgregatio aque id eſt aqua rarefacta. Et ſic poſitis tribus queſtionibus quaſi colligens ſubdit quod de predictis dubitatum ſit hoc modo.

Deinde cum dicit.

Os autem dicamus ſimul & ad dicenda determinantes & ad nunc dicta. Quod quidem enim ſurſum & uſq; ad lunam dicimus eſſe corpus alterum ab igne & aere: quinimmo & in ipſo hoc quidem purius eſſe: hoc autem minus ſincerū & differētias habere & maxime qua deſinit ad aerem & ad eum qui circa terram mundum.

Soluit propoſitas queſtiones. et primo eam que eſt de ordinatione elementorū. Secūdo eam q̄ eſt de gñatiōe nubiū ibi. eius qdē igit q; in eo q; inſur.

Tertio eam q̄ eſt de caliditate a ſtellis in inferioribus cauſata. ibi. De facta autem caliditate. Circa primum tria facit. primo reſumit quod dictum eſt de natura primi corporis dicens. q; ad intellectū & eorum que nunc queſita ſūt & eorum que poſtmodum ſunt dicenda. oportet determinando dicere q; ſupremum corpus uſque ad lunam eſt alterum ab igne & aere. ſicut iam oſtenſum eſt. ſed tamen in ipſo corpore ſupremo eſt aliud prius & minus purum uel ſincerū nō q; ſit alia corruptio: aut comixtio ſiue amixtio extranee nature ſed magis purum dicitur quod eſt magis nobile magis uirtuoſum & magis formale. Vnde & habet differenciam in uirtute & nobilitate: & maxime iſta differencia manifeſtaſ ex illa parte qua deſinit ad aerem & ad mundum inferiorem qui eſt cerca terram. in luna enī apparet defectus luminis: & quādo eſt plena apparent in ea quedam rubioſitates. Secundo ibi.

Lato autem primo elemento circulariter & corporibus que in ipſo quod propinquum ſemper inferioris mundi & corporis motu diſgregātum accenditur & facit caliditatem. Oportet autem intelligere ſic & habere incipientes: quod enī ſub ea que ſurſum circulatione corpus: uelud materia quedam exiſtēs & potencia calida & frigida & ſicca & humida: & quecunque alie his aſſequūtur paſſiones fit talis: & eſt a motu & in mobilitate cuiꝰ cauſam & principium diximus prius.

Oſtendit effectum quē habet corpus ſuperius in inferiora. & dicit q; primo elemento id eſt celo circulariter moto. & motis corporibus que ſunt in ipō. ſ. ſole & ſtellis: illa pars inferioris mūdi que eſt ei propinquior quaſi diſgregata ſeu rarefacta per motum ſuperioris corpus accenditur & ſic fit caliditas. & ſubiungit rationem dicēs: q; hec oportet itelligere icipiēdo: tota enī naſa corpalis que eſt ſubcorpore circlariter moto eſt ſicut quedam materia exiſtens in potentia ad calidum frigidum humidū & ſiccum: & ad alias paſſiones & formas que ſequuntur ad hec. Et quia materia reducitur in actum a primo agente: natura enim corporalis fit talis actu per hec quod participat de motu & nō participat ſed immobilis manet a corpore celeſti q; ſupra diximus eſſe cauſā & principiū unde eſt motus in iſtis inferioribus. non eſt autem intelligendū q; corpora inferiora recipiāt huiuſmodi paſſiōes a ſuperioribus tanquam accidentaliter & non ſecūdum naturam ſic aqua cū aqua caleſit ab igne ſed ipā naturam et formam ſecundum quā naturaliter ſunt calida uel frigida. a ſuperiori corpore recipiunt multo principalius quam a generatione nam primum generationis principium eſt corpus celeſte. Tertio ibi.

In medio quidem igitur & circa medium eſt quod grauiſſimū & frigidiſſimum ſegregatū terra & aqua Circa hoc autem & habita his aerq; q; propter conſuetudinem uocamus ignem. Non eſt enim ignis exceſſus enim calidi & uelut feruor eſt quod ignis: ſed oportet intelligere dicti a nobis aeris: q; quidam circa terram uelut humidum & calidum eſſe propter uaporem & exalationem habere terre: quod autem ſuper hoc calidū iam & ſiccum eſt: uaporis enim natura humidum & calidum: exalationis autem calidū & ſiccum: & eſt uapor quidem potentia uelud aqua: exalatio autem potentia uelud ignis.

Oſtēdit ordinem elemētorum. ſi. n. p participationē motus fit calor in iſtis inferioribus & per elongationē a motu celeſti ecōuerſo fit frigus: neceſſe ē q; illud frigidiſſimū & grauiſſimū ſcilicet aqua et tra ſit maxie remotū amotu celeſti exiſtēs in medio quātū ad terrā et circa medium quantū ad aquam. uel dicit circa mediū eo q; mediū cū ſit indiuiſibile nō poteſt eſſe locus corpis

Universidad de Salamanca. BGH

ſed circa medium ideſt centrū mūdi eſt terra & aqua. centrum autem terre eſt in centro totius. circa hoc autem ſcilicet terram et aquam. & habita his id ē conſequenter ordinata poſt ipſa eſt aer & id qđ cōſueto noīe uocamus ignē in ꝙbus habūdat calor. expōit ăt qđ dixerat.d. ꝙ q̄rtū elemētū ſupra aerē nō ꝓprie uocaſ ignis:ignis.n.aſſignat exceſſū calidi: & ē q̄i qđā feruor & accenſio quedā.ſicut glacies nō eſt elementum ſed eſt quidā exceſſus frigoris ad congelatā aquā . Id autē ad qđ ſic ſe habet ignis ſicut glacies ad aquā non eſt noiatu & ideo nominamus ipſū noīe ignis: ſicut ſi aqua nō haberet nomē & noiaremus elementū aque glaciē·ſed oportet intelligere ꝙ de toto corpore iſto qđ a nobis dicit aer:una pars que eſt ꝓpinqua terre eſt quaſi calida et hūida ꝓpter id qđ habet de uapore & exalatione terre: ſic enī elementa ſunt ordinata ſecundū ꝙ eorū nature cōpetit. unde quia ſecundū naturā ſuā eſt calidus & hūidus ſic eſt diſpoſitus ut uaporē terre ſuſcipiat . ad eius calorē & humiditatē conſeruandā.ſed illa pars corporis que cōmuniter uocatur aer que eſt ſuperior eſt calida & ſicca: et hanc parte uocamus elementū ignis . Et ſic aer nomē cōe eſt duobus elemētis . & quia dixerat de uapore & exalatione terre. oſtēdit deinde inter ea et dicit. ꝙ natura uaporis eſt eſſe hūidū et calidū. natura aūt exalatiōis eſt eſſe calidū & ſicū.Et ſic uapor ꝓpter hūiditatē eſt quaſi in potentia ad aquā.exalatio aūt propter ſiccitatē eſt quaſi in potēcia ut ignīatur.

Eius quidē igitᵉ quod in eo qui ſurſū loco nō cōſtare nubes hāc exiſtimandū cauſā eē quia nō ineſt aer ſolum: ſed magis uelut ignis.

Soluta queſtiōe de ordinatiōe elemētorū: hic ſoluit queſtionē de inſpiſſatione nubiū & ponit duas ſolutiōes q̄rū primā cōcludit exp̄dictis dicēs ꝙ hanc ſciendū eſt eſſe cauſā quia in ſupiori parte aeris non cōgregant nubes : quia ps eius ſuperior q̄ cōiter uocaſ aer nō ſolū eſt aer. ſed magis eſt q̄ū ignis ut dictū eſt: ſed quia etiā infra illā partē ad huc nō gnant nubes neceſſe fuit ut ponēret aliā ſolucionē.unde ſecundā ſolutionem ponit. ibi.

Nihil aūt prohibet & eā q̄ in circuitu latione ꝓhiberi nubes cōſtare in ſuperiori loco : fluere enī neceſſariū omnē q in circuitu aerē quicūq; nō intra piferiā capiᵗ definitā : ut & terra ſperica ſit tota . Videtur enī & nunc uentorū genero in ſtagnatibꝰ locis ſtre : & nō excedere uētos altos mōtes:fluit ăt aer ī circuitu qa ſiᵗ trahiᵗ cū totiꝰcirculatiōe.ignis qđē.n. cum eo quod ſurſū elemēto: cū igne aūt aer cōtinuꝰ eſt . Quare & ꝓpter motū ꝓhibeᵗ cōgregari in aqua: ſed ſemꝑ quecūq; ꝑs ipſiꝰ grauet extruſo in ſupiorē locū calido deorſū ferᵗ Alia aūt in parte ſimul ſurſū fertur exalato igni: & ſic continue hoc quidem perſeuerat aere plenū exiſtens: hoc aūt igne: & ſemꝑ aliud et aliud fit unūquodq; ipſorū. De eo quidē igitur qđ eſt nō fieri nubes: neq; in aquā cōgregationē : & quomō oportet accipere de loco intermedio aſtrorū & terræ: & quomodo eſt corpore plenus tanta dicta ſunt .

Et dicit ꝙ nihil prohibet etiam ꝓpter motū aeris in circuitu prohiberi ꝙ nubes nō cōgregentur in ſuperiori loco: qa neceſſariū eſt ꝙ totus aer qui eſt in circuitu terre fluat circulariter motus Sed ab iſto fluxu excepit illū aerē q capitur intra pariferiā id eſt circumferēciam definitam id eſt que cōtinetur infra partes terræ ut ſic tota terra inueniatur eſſe ſperica cum aere incluſo in ter partes terre: ut ſic ille aer qui excedit omnē altitudinē montiū in circuitu fluit. aer aūt qui cōtineᵗ intra montium altitudinē impediᵗ ab hoc fluxu ex partibus terræ immbobilibus & ꝓpter hoc gnō uentorū uidetur eſſe nuc in locis terræ ſtagnantibus id eſt in aere que continetur infra partes terre ac ſi eſſent ſtagna aeris quieſcentis. Si.n. aer inquo gnant uenti moueret circulariter oporteret ꝙ omnes uenti cū eo circulariter circūferentur ; nūc autem uidemus ex diuerſis ptibus uentos flare: & quia in aere fluenti nō generant uenti ſed in quieſcenti.propter hec uēti non excedunt montes altos. dicit.n. ab antiquis ſacraficiis factis in altiſſimis montibus poſt annum inueniebat cinis & ad huc ſaluatur & in eodem loco manēs.Et hec qđē ꝙ uenti nō generantur ibi eſt ſignū ꝙ nec nubes ibi cōdenſentur in pluuias : & quare aūt aer qui excedit mōtes fluat : oſtendit ſubdēs ꝙ ideo fluit incircuitu qa ſimul trahitur cū circulatiōe celli mundi: ignis enī eſt cōtinuus id eſt cōtiguus cū corpore celeſti. aer aūt cum igne quia ergo ſuperior aer fluit per eius motum ꝓhibetur cōgregari in aquā quia motus rarefacit & cōgregationē impedit: ſed ſi qua pars illius aeris aliquo modo cōdēſetur aut aliquid ſpiſſum aliquo modo feratur peraliquā uiolentiā feretur deorſum qui locū aeris propinqui terre.& ſi quid calidum erat in ea feratur ſurſū.& alia pars illius aeris q̄ nō grauatur feretur ſurſū ſimul cum igne exalato. & ſic dū eorū q̄ reſoluūtur a terris & aquis aliquid manet in loco aeris aliud aūt fertur ad locum ignis continue donec unus locus perſeuerat plenus aere & alius plenus igne nō tamē ita ꝙ ſemper manet idem aer & ignis numero incorruptus: ſed ſemꝑ corrupta una parte aeris uel ignis aliquid ꝓ uiolentiā deorſū ex cauſa adgeneratur alia que ſurſum a terra & aqua eleuant Et ita licet maneat ſemper in loco aer| aer.& in loco ignis ignis.tamē ſemper unumquodq; ipſorū fit aliud et aliud per cōtinuā gnationē et corruptionem ſicut in fluuio decurrēti patet|: in quo ſemꝑ manet aqua nō tamē eadē numero: ſed tamen una defluente & alia ſu ccedēte.Deinde recolligit ea que dicta ſunt & dicit tāta ſint dicta a nobis de eo qđ eſt non fieri nubes nec in ſpiſſationem uaporū in aquā in ſuperiori parte aeris . & etiam de hac quō oporteat accipe de loco qui eſt inter ſupma aſtra & terram quo ſcilicet corpore plenus eſt. Deinde cū dicit .

De facta autē caliditatē quā exhibet ſol magis quidem ſecundū ſe ipſum et diligenter in his que de ſenſu cōuenit.Calidū enī paſſio q̄ dā ſēſus eſt: propter quā autem cauſā fit non talibus exiſtentibus illis ſecundum naturam dicendum et nunc.

Soluit tertiā queſtionē : & circa hec duo facit. primo dicit de quo eſt intentio dicens ꝙ de caliditate quā ſol facit in iſtis inferioribus magis conueniret dicere ſecundū ſe & diligēter.i. pfecte q̄ in his dicēda ſunt de ſenſu quia| calidū eſt quedā paſſio ſenſus . eſt enī obiectum ſenſus tactus . ſenſus aūt & ſenſibile habēt eandē ſcientiā cum ad inuicem dicant quodāmō . ſed qa materia preſens hec requirit dicendū eſt nunc propter quā cauſā cum corpora celeſtia non ſunt calida in ſui natura fit ab eis caliditas in iſtis inferioribus.

Secundo ibi.

Videmus itaq; motū quod poteſt diſgregare aerē & ignire: ut et lata liquefacta uideantur ſepe.

Soluit queſtionē et diuiditur in partes duas. primo ponit queſtionis ſolutionem. ſecundo probat uerum eſſe ꝙ in queſtione ſupponebatur ibi. ſignum aūt ſufficiens . prima diuiditur in duas ſecundū duas cauſas quas aſſignat. ſecunda incipit ibi . et quia ambiens. circa primum tria facit.primo aſſignat cauſam propter quā a corporibus celeſtibus non calidis exiſtētibus calor in iſtis inferioribus generat.Et dicit ꝙ ſēſibiliter uidemus ꝙ motus qa poteſt diſgregare rarefacere : poteſt & eum ignire. nā raritas & igneitas ſe conſequuntur: ſicut frigiditas et in ſpiſſitudo. & propter hec ea que ferunt: ſicut ſi ſagitte habeant plumbū & ceram uident liquefieri quaſi motu ea calefaciente:unde nihil inconueniens eſt ſi celum ſuo motu hec inferiora calefacit .

Secundo ibi.

Eius quidem igitur quod eſt fieri eſtū & calorem ſufficiens eſt efficere & ſolis latio tantū : uelocemq; enim oportet et non longe eſſe : que

Universidad de Salamanca. BGH

quidem igitur aſtrorū uelox quidē longe aūt: que autē lune: deorſum q: tarda autem: que autem, ſolis ambo hec habet ſufficienter.

Aſſignat cauſam quare calor in iſtis inferioribus generatur magis ex motu ſolis quā ex motu alicuius alterius corporis ſuperioris: & dicit ꝙ ſolū alatio ſolis ſufficit facere eſtuantē calorē in iſtis inferioribus. nam calor qui fit ex aliis corporibus celeſtibus eſt quaſi inſenſibilis in comparatione ad calorem qui fit a ſole. huius aūt ratio eſt qa motus qui cauſat uehementē calorē. oportet ꝙ ſit uelox & ꝓpinquus. motus aūt aſtrorū tam fixorū quā quinq; errantiū que ſunt ſupra ſolem ſecundū opinionem Ariſtotelis ſcilicet ſaturni. iouis. martis. ueneris. & mercurii. eſt quidē uelox remotus tamē a nobis longe. motus aūt lune qui eſt ſub ſole. licet ſit ꝓ pinquus eſt tamen tardus. motus autē ſolis habet utranq; ſufficienter ad cauſandum calorē in iſtis inferioribus. ſ. uelocitatem et propinquitatē. ꝙ autem hic de uelocitate dicitur refertur ſeu ē referendum ad motum quo mouentur ſecundū motum diurnū. non ad ꝓprios motus ſtellarū. multū eſt enī ꝙ motū diurnū totum celū eodem temporis ſpacio peragit. quanto aūt aliquod celeſtiū corporum eſt propinquius centro tanto minorē circūferentiam circuit: unde tardius mouetur. ſecundū autem ꝓprios motus luna uelociſſime mouetur. Tertio ibi.

Fieri aūt magis ſimul cū ſole ipō caliditatem rationabile ſumentes ſimile ex his que apud nos fiunt: etenim hic uiolentia latis uicinus aer maxime fit calidus & hoc rationabiliter accidit. maxime enim motus ſolidi diſgregat ipſum: propter hanc igitur cauſam pertingit ad hunc locum caliditas.

Aſſignat cauſam quare magis generatur ex motu ipius ſolaris corporis q̄ ex motu ipere eius. & dicit ꝙ rationabile eſt ꝙ caliditas fiat magis cum ipſo ſolari corpore: & huius ſimile poſſumus ſumere ex his que ſunt apud nos. quia hic etiā aer uicinus rebus ſpiſſis que ferūtur per uiolentiā aer maxime fit calidus: & hoc accidit etiā rationabiliter quia motus maxime corporis ſolaris diſgregat aerem. unde cum ipſum corpus ſolare ſit magis ſolidum quā cetere partes ſpere ipſius cum nō ſit diaphanū magis ex motu ipſius generat calor quā ex motu ſpere. ſic igitur propter cauſam iſtam caliditas a ſole pingit ad locnm iſtum. q̄uis ſol non ſit calidus nec huic cauſe impedimentū preſtatur ex hoc ꝙ luna ē inter ſolē & nos que calefieri non poteſt: quia licet calefiat a ſole aliquo tamen modo immutatur ab eo. uidemus enim ꝙ illuminat ab eo: non tamen ſemp eadē ſpē immutationis immutatur medium & extremū. ſicut radius ſolis nō inflāmat uas uitreum plenū aqua ſed ſtupā per ſe ipſum apparet etiam ratio: quia ubi eſt umbra non eſt tantus calor quātus eſt in loco ubi radii ſolares proiiciuntur. Quia ſcilicet nmbra cauſatur ex aliquo corpore oppoſito ſoli ꝙ interrumpit continuationem trāſmutatiōis que eſt a ſole ſed ad locum umbre actio ſolis pertingit per quandā reflexionem. nec tamen putandū eſt ꝙ motus tantū cauſet calorē: ſed inquantū eſt motus talis corporis inſua natura habētis uirtutem calefaciendi. omnes enī forme corporū inferiorū reducuntur in corpora celeſtia ſicut in quedam principia & inde eſt ꝙ diuerſa corpora celeſtia diuerſos effectus in rebus corporalibus habent nō ſolū ſecundū calidū ſed etiam ſecundū alias paſſiones & formas. Deinde cum dicit.

Et quia ambiens ignis per aerem ſpargitur motu frequenter & fertur uiolentia deorſum.

Ponit propriā cauſam caliditatis generate ex motu ſolis q̄ tamē nō eſt uniuerſalis ſed particularis. unde dicit ꝙ freqnenter ignis qui ambit inferiores partes mundi ex motu corporis celeſtis fertur queda uiolentia deorſū & ſpargitur per aerem: quia ſicut ſupra dictū

eſt ſuperior aer & ignis quēdā fluxū habent ex motu celi.

